

est eis prohibitum : & ita procedit text. in dicto cap. *Nimis iniqua*, qui in singulari loquitur ibi, *nec sustinentes eos habere campanam* : & sic licet Religiosis habere unam, sed non plures, ut in hac littera; & Hostiensem sequitur Archid. in cap. *Quidam in fine*, 18. q. 2. quod dicit perpetuo notandum Abb. *hic n. s. vers. vel tertio*, secundum Hostien. & potissimum pro Mendicantibus, qui tenent plures campanas, ita ut eorum loca videantur principia-lia in civitate, non enim possunt de jure communi teneri nisi unam, idque debet eis sufficere cum populum non habeant : & hoc secundum eum servantes Fratres Minores de Observantia, pro quibus facit Clem. Exivi, de *Paradiso*, §. *Liter vero, vers. Nunc seferiam*, & *vers. Quamvis etiam*, de *urbor. significo*, sequitur Jo. de *Solva in tract. de benef. par. 1. q. 5. n. 101.*

Potro fuit olim magna lis in Curia Romana utrum Fratres Prædicatores possent habere plures campanas : & dicebatur posse. Primò, ex regula, qua dicitur confuevit, omnia videntur concessa, quæ non probantur prohibita l. *Statuas*, C. de *re. lig. & sumpt. funer. l. Nec non*, §. *Quod eis*, ff. *Quib. ex caus. majorit. l. Ab ea parte*, ff. de *probation. Secundo*, ex alia regula, quæ habet unicuique hære in suo facere quod vult, dummodo nihil in alie-nam immittat, l. *Sicuti*, §. *Aresto*, ff. *si servit. vindicet*; etiam si per hoc alius lædatur, dummodo dolose non faciat, ut l. *Fluminum*, §. *ult. & duabus legib. seq. de dam. infect. l. 1. §. Item aut*, & *Denique*, *Marcellus ff. de aqua pluvia arca*. Tertio, quia causa pluralitatis campanarum est honor Sanctorum, & deo cultus divini, & convocatio populi. Sed istæ tres causæ subsunt in Ecclesiis Prædicatorum : Ergo & jus pluralitatis campanarum, quia sicut causa rei cessans rei finem imponit, ita & præservans, eam ampliat, & extendit, l. *Planè*, ff. de *oper. liber. l. Adulter*, ff. de *adulter. l. Advere*, §. *Quamvis*, ff. de *Turpation. & cum parisiis sitque malicia sint, ius-tum & competens videtur eidem privilegio glori-ati, l. *Ultim. C. de Palatin. Sacrar. largit. lib. 12.* Et quod sonus campanarum sit adinvencus ad con-vocandum populum, sive populi multitudinem ad audiendum verbum Dei, testis innumer. Numer. cap. 10. ibi, *Fac tibi argenteas tubas, & dactiles, quibus convocare possis multitudinem* : & infra, *ubicumque increperis tubis, congregabitur ad se omnis turba*. In contrarium alligabatur hoc cap. ubi prohibetur campanarum pluralitas etiam Religiosis : & cap. *Nimis iniqua, de excess. Prælat.* ubi conceditur eis ha-bere campanam : ergo unam duntaxat. Sed ad prædicta respondebatur non obstare hoc cap. quia loquitur de Oratoris constructis in privatis domibus, de quibus habetur in Auth. *Ve in privas. domib. Sacra mysticia non fiant*, in *tubro*, & *nigro*, & de quibus procuratio dari non debet, ut cap. *Ultim. supra de censib.* Nec debet intelligi de monasteriis ubi sunt solemnes Ecclesiæ, & Conventus, ut cap. *de quæ etiam, de consecrat. dist. 1.* & quod inter ista sit patens differentia, liquet ex cap. *Quidam Mo-nachorum* 18. q. 2. & ibi notatur. Item non ob-stat d. cap. *Nimis iniqua*, ubi legitur in singulari cam-pana, quia narrat gravamen, quod inferebatur Prædicatoribus, & Minoribus, videlicet quod Prælati eis campanam non permittebant : & illud gravamen ibi tollit. Quis ergo dixerit legem pro-dam in eorum favorem debere gravamen eis inducere : certe qui hoc dicit à mente legislati-uis diverit, l. *Deducta*, §. *final. ff. ad Tribell. cap.**

14 *Transmissa*, infra *de verbor. significat.* Hæc enim ratio pro eis posita est non contra ipsos, l. *In ratione* §. *Tametsi aut ff. Ad leg. Falcid.* Quippe si ante d. cap. *Nimis iniqua* præcessisset prohibioe campanas haberent, tunc permitendo eis habere cam-panam, forte maneret prohibitio in aliis : Sed cum nulla præcessisset prohibio, & tantummodo tolla-tur gravamen, quod inferebatur circa unam cam-panam, non licet hinc deducere hoc unum con-tratorium induceret reliquum, scilicet concepio prohibitionem quod esse non debet, l. *Legata inu-tiliter*, §. *fin. ff. de adminen. legat. l. Cum tale*, ult. ff. *de condi. & demonst.* Sicut nec affirmativum inducit ejus contrarium, videlicet iustum affirmativum l. *Titius*, ff. *de manumiss. testam. Ita nec concessio de-bet inducere prohibitionem, cum loquimur de his, quæ aliis in natura prohibita non sunt, ut legi-tur, & notatur in cap. *Intra corporalia, de trans. Episc.* nec etiam multum à verbi proprietate recedit, quod prohibendo gravamen circa campanam illa-tur, etiam de pluralitate campanarum intellexisse videatur, ut l. *si pluribus*, ff. de *leg. 2. l. si pures de leg. 3. & l. si necessarios*, §. *si annua*, ff. *de ignorat. actum.* neque enim semper singularitates pluralitatem ex-cludunt, l. *In usu*, ff. *de verb. significat. l. 1. Hoc edictum ff. Quod salu. tutor. auctor.* Signa enim taxativa ut tantum, & duntaxat, non semper subaudiuntur in oratione, Unde non est bona illatio, Tu habes unum oculum : ergo unum tantum, ut l. *ulti*, §. 1. & ibi notat. ff. de *leg. 2.* & una via ducit Romam : ergo una tantum, & ad hoc edita demoustrat speciem futuræ litis sed non sola, ut l. *circum prime*, ff. *de edend. & aliud est deiecere Episcopum*, ergo Episcopum solum, cap. *Requisiti*, de *testam.* Obiciebatur etiam contra prædictos fratres quod immisso soni-gnis campanarum ad alium esset contra d. l. *Si quis*, *Aristo*, ff. *si servit. vindicet.* Sed ibi intelligitur de immisione rei corporalis, ut patet per exempla ibi posita, scilicet fragmentorum aquæ, & fumi, quæ tria constat esse corporalia, de primis duobus patet ad sensum, de tertio scilicet de fumo notatur *Instit. de reb. corp. & incorporalib. in princ. & in l. 1. §. 12. ff. de rerum divisione*, ita consulunt Oldrad. in *conf. 228. in-cip. Quod fratres Prædicatores, per totum*, quæ respo-nsionum ferè ad calamum transitit Alberic. de *Rofare in dictionario in ver. Campana*, & sequuntur hic Marian. Socin. num. 10. & Decius num. 12.*

Tu verò dicas hujusmodi alterationem subla-tam esse per Constitutionem Io. XXII. quam DD. nostri non allegant in Extravagan. *Quia cunctis, de officio Custodis*, ubi præmissa Cathedralium, & aliarum Ecclesiarum quærela, quod nonnulli Men-dicantium Ordinum prof. flos : eos in aliquibus suis Conventibus plures campanas obtinent, & impos-terum fatagunt obtinere, & propterea iustitæ de-trahitur; & exinde civitatibus locorum interdum afferunt Divinis officiis impedimentum, videtur; inter ipsos litigios, & scandalis via aperiri, statui-tur primo, (ut Religiosi dictorum Ordinum Men-dicantium in nullo conventu suo, seu loco plures campanas habeant sine Sedis Apostolicæ licentia speciali, sed una tantummodo pro loco quolibet sint contenti. Secundo, ut si communitas, seu Uni-versitas aliqua ecclesiastica, vel mundana, seu iu-dicem Religiosi pro hujusmodi Universitate in ali-quo ipsorum locorum campanam aliam habue-rint, vel nunc habent, non illam, sed aliam solam

eorum specialiter usibus deputatam pulsare valeat horis diurnis, & nocturnis Missis, & aliis consecutis. Tertio, permittitur eidem Religiosis, ut ibi hæc-tenus plures campanas sine lite, & contradictione quolibet in usus duntaxat proprios habuerint, & nunc habent, illis etiam deinceps libere ut possint, aliis quibuscumque per eos habitis intra trium me-sium spatium de suis locis, seu campanilibus depo-nendis, & nullatenus iterum reponendis. Quarto declaranur, ut campanulæ, quæ in Refectoriis, Sa-cristiis, Capitulis, & aliis forsan officinis Religioso-rum ipsorum conseruetur habere sub dicta ordi-natione unilatens comprehendantur. Hæc ibi.

22 Quibus positis concludere veritatem (sub distin-ctione : nam autem queritur de Oratoris privatis, domibus, vel grangis : & in his nec unam cam-panam licet eis obtinere in loco publico, seu elevato, quia cum ibi Missas, & divina officia publicè nequeant celebrare, ut dixi in cap. ultum. supra de censibus, consequens est, ut nec possint ibi publi-cè habere, aut pulsare campanam, cuius præcipuus est usus plebem vocare ad divina officia, ut cap. 1. & 2. de *off. Custodis*, & constat ex dictis supra nu. 11. & 12. Et in summa de hoc est etiam expressus non cavillando litteram in hac Decretali, quæ etsi lo-quatur in plurali de campanis, hoc tamen facit, quia eodem modo de Hospitalariis, & Templariis, eorumque Oratoris loquitur in plurali. Unde verbum Campanarum, debet distributivè accipi sin-gulis singularis referendo, secundum ea, quæ notat Bartol. in l. *Falsa*, §. *Si quis, num. 1. ff. de conser. & de-monstration.* & hinc Everardus in *sua Centuria legali in loco à vi numeri, à n. 9. usq. ad n. 10.* Similis expo-sitio fit in cap. *Privilegia, in fine, infra eodem* & hoc usu receptum est; non enim servatur, ut in Ora-toris, quæ sunt intra domos eorum patentes, in loco elevato teneantur vel publicè pulsetur campana. Non tamen est prohibitum ibi tenere campanu-lam privatam, & privatim pulsare, ut à contrario probat hæc littera in verb. *Publicè*, secundum An-ton. de *Burr. hien. 30. Anchar. n. 2. Abb. & Marian. Socin. in 2. notab. & Dec. n. 3. & 23.*

23 Aut queritur de Oratoris publicis, vel Eccle-siis, quæ sunt in ipsis monasteriis Religiosorum : & planum est eis non licere in eorum conventi-bus, & locis plures campanas habere sine speciali licentia Sedis Apostolicæ, sed una tantum pro quo-libet loco debere esse contentos, ut est expressum ad litteram in eadem Extravaganti, Joani. XXII. *Quia cunctis*, & concordat Concilium provincia-le Mediolanense IV. in titulo de *sacris locis, eorumque cultu*, §. *De campanis, tom. 4. Concilior. par. 2. fol. 437. col. 2.* ubi sic legitur, *Simplex Ecclesia, Oratorium-ve unam tantum campanulam habeat, ut Ioannis XXII. constitutione sancitum est.* Itaque hodie est approbata opinio Abbatis quod Religiosis non liceat in Ecclesiis, & Oratoris monasteriorum suorum habere nisi unam campanam.

26 Limita primò nisi Religiosi in Ecclesiis, vel Ora-toris hujusmodi habuerint plures campanas ante prædictam Extravagantem, & nunc sine lite, aut conditione habeant, quia tunc eis libere uti pos-sunt, ut discretis verbis ibi statuitur in §. *Cæterum*, & ita eo tempore inspecto approbatur intellectus Goffrediad. tex. in cap. *Nimis iniqua, de excess. Prælat.* & responsa Oldrad. contra Hostien. quod Religio-sis Mendicantibus in eorum Oratoris publicis, & Ecclesiis de jure communi permissum sit non tan-

tantum unam campanam, sed etiam plures ob-tere, secundum ea, quæ dicta sunt supra n. 8.

Limita secundò; nisi plures campanas habeant ex antiqua consuetudine; tunc enim militat ratio, quæ movit Papam Io. XXII. ad permittendum, ut Religiosi possent retinere plures campanas, si eas habuissent sine contradictione ante tempus con-stitutionis. Item per hanc consuetudinem fit redi-tus ad jus commune antiquum, ut supra proximè dictum est, quod est favorabile, ut cap. *Cum dile-ctus*, §. *Cæterum*, & ibi gloss. notab. in *verb. Iuricom-muni*, & Abb. n. 21. *supra de consuetud.*

28 Limita tertio; nisi monasteria hujusmodi, vel conventus habeant parochias, quia tunc plures ha-bere campanas, & possunt, & debent: unde in Cõ-cilio Mediolanensi IV. in loco *supra citato, nu. 23. in §. De campanis* sic legitur (Parochialis Ecclesia si campanas tres, grandiorum scilicet, mediam, & minimam habere non potest saltem duas, ubi fieri potest, habeat, ea quæ distinctio soni concentu-ter se reced consentientes pro varia divinorum offi-ciorum quæ sunt, ratione, & significatione.)

De Privilegiis, &c.

Cap. Tuarum.

S Y M M A R I V M.

1. **H**ospitalarii qui mittunt pro elemosynâ Cruca falso signatos, privantur prædicationis officio, & missi si sunt laici, excommunicantur, si Clerici ab officio, & beneficio suspendantur.
2. **Q**uestores, qui ad elemosynas colligendas ab Hospita-lariis mittuntur, quas qualitates habere debent.
3. **R**egulares Mendicantes non sunt permittendi quætera elemosynas per alios, quàm sui Ordinis fratres, Questorum nomen, & usum prorsus abolere iussit Concilium Tridentinum, ibidem.
4. **C**elebrans in Ecclesia polluta non est ipso jure sus-pensus, sed suspendendus. Secus in Ecclesia in-terdicta.
5. **E**xemptus personaliter tantum, nihiliter delinquit, contrahat, aut res sua sit, forum Ordinarius non sortitur.
6. **E**xemptus respectu certi loci si delinquat in loco ex-empto à Diocesano puniri non potest.
7. **N**isi esset delicti extendatur, seu explicetur extra locum exemptum, Projiciens lapides extra locum exemptum, vel aliàs turbando Ordinarium cum campanis existentibus in loco exempto, ab eodem Ordinario coerceri potest, ibidem.
8. **I**mmunitate Ecclesiæ an gaudeat existens extra Ecclē-siam, qui sagitta interficit existens in Ecclesiā.
9. **E**xempti respectu loci sortiantur forum Ordinarii ra-tione delicti commissi, contra ius iurii, aut rei sita extra locum exemptum.
10. **R**egulares an ratione delicti commissi, seu contractus celebrati, an rei existentis in loco non exempto sub-ticiantur Ordinarium jurisdictioni, & an ligentur ex communicatione Episcopi edicto proposita, & n. seq. usque in fin.
11. **E**xemptiones quantumcumque generales locum non habent, cum exempti delinquant, seu contrahunt, aut res litigiosa consistit in loco non exempto, & n. 14.

12 Exemptiones contra generale Concilium non valent nisi Concilio fuerit specialiter derogatum.

13 Regularium exemptio non comprehenditur in cap. Volentes, de privil. lib. 6.

14 Exemptio a jurisdictione Ordinarii duas sunt species.

15 Privilegiu praxentis flagitiorum non crescit auctoritate.

16 Exemptiones speciales etiam ratione delicti commisi, contractus celebrati, aut rei sita in loco non exempto non fuerunt sublata, aut restricta per cap. Volentes de privil. lib. 6.

17 Declarans novum jus non innovat. & n. 13.

18 Regularum quorum unquam Ordinarius tam Mendicantium quam non Mendicantium suscipiunt specialibus privilegiis exemptionis a jurisdictione Ordinarii ubi delinquant, seu contractus, aut rei sita, glosa consil. 1. & num. seqq.

19 Fratrum Predicatorum Minorum, S. Augustini, Carmelitarum, Servorum, Minorum, & Clericorum Regularium de Salscha exemptio a jurisdictione Ordinarii etiam ratione delicti, contractus, ac rei referuntur.

20 Monachorum Cassinensium, Carthusianorum, Olivetanorum, Camaldulensium, Canonico Regularium Lateranensium, Militum S. Ioannis Hierosolymitani, & Fratrum S. Spiritus in Saxia exemptio ab Ordinario etiam in tribus casibus exceptis, ibidem refertur.

21 Monachorum Cisterciensium exemptio an habeat locum in casibus delicti commisi, contractus ini, aut rei sita in loco non exempto.

22 Verbum, concessimus, seu indulgentius relaxatum ad id, quod erat concessum de jure communi, nihil novum concedit, sed jam concessum ostendit, & num. 18.

23 Societas Iesu exemptio a jurisdictione Ordinarii an sit restricta ad tres casus exceptos, & num. seqq.

Societas Iesu littere conservatorie redacta sunt ad terminos Constitutionis Gregorii XV. de Conservatoribus, ibidem, vers. Nisi dixerimus.

Societas Iesu Religio comprehenditur in derogationibus generalibus per illa verba, Societatum, & cuiusvis alterius instituti, ibidem.

24 Privilegiorum communitatis, quam habent Ordines Regulares, comprehendit etiam exemptionem a jurisdictione Ordinarii in tribus casibus exceptis.

25 Fratres B. Iosannis Dei an sint exempti ab Ordinarii jurisdictione.

Regularium correctio de jure communi pertinet ad Praelatos regulares, non autem ad Episcopos, nisi Praelatos negligentibus, ibidem, vers. Clausula eum.

26 Clausula, dummodo Sacris Canonibus, & Tridentini Concilii decretis non adversentur, qui ponitur in litteris confirmationis, & communicationis privilegiorum, intelligitur de Canonibus insertis in corpore juris.

Pape auctoritate cur Concilium Tridentinum prevalerit in his tantum, qua de morum reformatione, atque ecclesiastica disciplina sta-

tuta sunt, ibidem, vers. Etenim cum Canonico Concilii.

27 Derogationem ad cap. Volentes, de privil. lib. 6. perperam Regulares in eorum privilegiis inserendam curant.

28 Fratrum Carmelitarum indulgentia, quod occasione cap. Volentes, nullum prae iudicio generetur eorum exemptioni, quomodo sit intelligendum.

29 Regulares non comprehenduntur in decreto cap. 14. sess. 7. Concilii Tridentini innovante Constitutionem cap. Volentes, & n. 34.

30 Lex innovans non creditur terminos legis innovare.

31 Papa cum tribuit jus procedendi contra exemptos auctoritate delegata, non violat exemptiones, & num. 33.

32 Regularium exemptione delicti extra locum exemptum commisi, adcuritur ex pluribus Tridentini Concilii decretis, & num. seq. usque ad num. 45.

33 Regulares, circumscriptis exemptionibus, de jure communi originaliter subsumunt Episcopis quoad legem jurisdictionis.

34 Regulares extra claustra degentes, si delinquant, puniri possunt ab Ordinario loci tamquam Sedis Apostolicae Delegato in actu visitationis tantum.

35 Lex innovata inest legi innovanti cum omnibus suis qualitatibus.

36 Regulares extra monasterium degentes in casibus mercedum, & miserationem personarum indistincte conveniri possunt coram Ordinario, in aliis vero causis ita demum, si certum iudicem in partibus non habuerint.

37 Conservatoria in casibus criminalibus, & mixtis nemini suffragantur, quin possit coram Episcopis per accusari, & contra eum procedi. Et quid in casibus civilibus.

38 Regulares intra claustra degentes conveniendi sunt coram suis Superioribus, vel Conservatoribus, non autem coram Ordinario, aut alibi, & n. 34.

39 Regularium privilegia a Tridentina Synodo praeservantur.

40 Exemptorum tres sunt species, & quibus casibus a Tridentino Concilio sint subiecti Ordinarii jurisdictioni.

41 Cappellani Regii, Milites, eorumque familiares an & quando locorum Ordinarii subiacentur.

42 Regulares degentes intra claustra, & extra ea delinquentes, ut puniri possint ab Episcopo, quae debeant concurrere.

43 Inclusio unius casus in materia jurisdictionis omnes alios diversos excludit.

44 Regulares in prima instantia conveniri non possunt coram Ordinarii locorum in vim cap. 20. sess. 24. Concilii Tridentini.

45 Regulares etiam pro delictis extra locum exemptum commisis ab Ordinarii locorum, excommunicari, suspendi, aut interdicari non possunt.

46 Episcoporum censurae in Regulares exemptos promulgatae irritae sunt, & non ligant ex defectu jurisdictionis.

47 Regulares non tenentur sua exemptione in potestate

noterem coram Ordinarii locorum allegare.

48 Derogatio non fit nisi ad contraria.

49 Innovatio ius novum non tribuit, sed antiquum conservat.

50 Bulla Pii IV. privilegia, & exemptiones Regularium non subsistit, nisi quatenus contrariantur decretis Concilii Tridentini.

TUORUM. In tota provincia privantur exhortationis, id est praedicationis officio Hospitalarii, qui mittunt pro eleemosynis Cruce falso signatos; & missi si sunt laici, excommunicantur; si sunt Clerici ab officio, & beneficio suspenduntur. Eadem suspensione puniuntur qui ante reconciliationem in polluta Ecclesia celebrant, & ab Episcopis suspensi per exemptos absolvi nequeunt. Et Confratres privilegiatorum, qui se ad ipsos plene non transferunt, privilegiati non sunt. Hoc dicit. Dividitur in duas partes principales. In prima ponitur querela, & consultatio. In secunda responsio ibi, Verum quia. Et utraque pars secundum Host. & Io. Andr. subdividitur in quatuor; in prima ponuntur quatuor Hospitaliariorum excessus, quibus postea in secunda per ordinem respondetur.

Nota primò qualitates, quas habere debent quales, qui mittuntur ad eleemosynas colligendas; debent enim esse literati, & verè eorum fratres; non autem laici, & falsa Cruce signati, ut per Anon. de Butr. n. 2. & Anchar. n. 1. Unde Sacra Congregatio Concilii aliam declaravit Fratres Mendicantes non posse quidem ab Episcopis prohiberi, quominus per seipsum in diocesis, ubi habent conventus, eleemosynam quarant; sed tamen si extra loca, ubi monasteria existant, querere voluerint, teneri suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere; ac si extra diocesim, teneri etiam illius consensum obtinere. Ceterum nullatenus esse perimittendum & eleemosynas querant per alios, quam sui Ordinis fratres. Quatuor nomen: ut usum in quibuscunque Christianae Religionis locis profus aboleri iussit Concilium Tridentinum in cap. 9. sess. 22. vide Clem. Abusantibus, de penis. & remiss. & quod de huiusmodi quatuoribus, praecipue S. Antonii Viennensis, dicam in c. Cum ex eo, infra, eod. tit.

Secundò nota ibi, ab officio, beneficioque suspendas; celebrantem in Ecclesia polluta non esse ipso iure suspensum, nec irregularem; sed esse suspendendum, cap. Is qui, de sentent. excomm. in 6. Butr. hic num. 4. in 3. notab. Abb. num. 5. vers. Et pro hoc singulariter, & Dec. n. 23. Aliud juris est si quis celebret in Ecclesia interdicta; quia est suspensus ab officio, & beneficio, & omni jurisdictione, ut in cap. fin. secundum unam lectionem, supra de excess. Praelat.

Tertiò nota exemptum fortiri forum diocesani ratione delicti, quod patet hic: nam missi ab Hospitalariis per Episcopum suspenduntur ab officio, & beneficio, nullo eis privilegio suffragante, & ipsis Hospitalariis praedicationis officium interdicitur. In hoc tamen articulo sunt opiniones, quas recitat gloss. in ver. Privilegiu beneficio, & Anon. de Butr. n. 19. ut latius dicam infra.

Sed communiter sic distinguitur: Aut exemptio est merè personalis, ut quia eximitur persona simpliciter, & absolute, non autem respectu certi loci, & tunc ubilibet exemptus delinquat, non

punitur a suo diocesano, quia alias privilegium exemptionis esset profus inutile, & elusorium; ad hoc l. 3. c. Vbi Senator. vel Clariss. & c. 1. infra eod. lib. 6. in vers. Numquid ergo facit cap. In his, infra eod. Et haec ratio cur Referendarii utriusque Signaturae non sortiantur forum Ordinarii ratione delicti, contractus, aut rei; quia scilicet eorum exemptio merè personalis est, ut scripsi latè in c. Ex parte, il secundo, infra eod. Aut exemptio non est merè personalis, sed locali, vel mixta, ut quia eximitur persona respectu monasterii, vel Canonici respectu Ecclesiae; & tunc serva distinctionem glo. hic, quia si exemptus delinquat tantum in loco exempto, ita ut effectus delicti se non extendat extra ipsum locum; puniri non potest a diocesano: hic est casus in d. cap. in eodem vers. Numquid ergo, de privileg. lib. 6. Nili ratione generalis interdicti, ad cuius observantiam tenentur etiam exempti, contraria consuetudine non obstante, cap. Cum inter, de consuet. Cleric. Ex frequentibus, de sentent. excomm. non quidem ex iuribus, sententia, sed Canonis Auctoris, ne censura illudatur, ut post Ioan. Andr. notat Abb. in d. cap. Cum inter, n. 3. seu ne frangatur nervus ecclesiasticae discipline, ut per Butr. hic num. 19. vers. Tu praedicta conclude. Aut delictum extenditur, seu explicatur extra locum exemptum, & tunc punitur a diocesano, ut hic, & in cap. Patentibus, supra eodem; nam hic Templarii mittebant suos Quaesitores extra locum exemptum; ideo puniuntur a diocesano. Unde si exempti proicerent lapides, vel aliter turbarent Ordinarium, cum campanis existentibus in loco exempto, ab eodem Ordinario debent ceri possent, iuxta text. in d. cap. Patentibus, & ex facto respondit Gemin. cons. 72. n. 6. vers. Nec obstat, usque in fin. Quod facit ad questionem, an extra Ecclesiam, & sagintra interficiens aliquem in Ecclesia existentem gaudeat immunitate ecclesiastica in terminis Bullae Gregorii XIV. ex praedictis enim constat non gaudere, nam ibi videtur commissum delictum, ubi effectus sequitur, ut dicit Abb. hic n. 8. & Dec. n. 48. ad hoc optimus textus in l. 4. §. Hoc autem editio, ff. de vi honorum raptor. & quod not. Bartol. in l. Libellorum, nu. 7. ff. de accusat. ubi stante statuto imponente poenam percipienti, vel homicidium committenti, quare quis locus inihiatur, si aliquis existens in platea cum balista percusserit aliquem extra plateam; & resolvit esse inspiciendum locum ubi quis percutitur, vel occiditur, si statutum puniat percipientem, vel occidentem, secus si sagittantem; e jusque opinionem tuetur Felin. in cap. fin. n. 14. supra, de foro competen. vide plene per Arctium, ibid. n. 7. & Ioan. Andr. in cap. In observat. de regul. iur. in Merculari. Si vero delictum fit omnino commissum extra locum exemptum, tunc indubitanter exempti a diocesano puniri possunt; hoc enim casu habet locum textus in d. cap. 1. infra eodem; lib. 6. ubi ratione delicti commissi extra locum exemptum, vel ratione contractus alibi ini, aut ratione rei alibi sitae exempti conveniuntur coram Ordinario loci: ita in effectu ex mente Doctorum distinguitur hic Ant. de Butr. n. 19. in eod. vers. Tu praedicta conclude, & Abb. n. 8.

Hoc ultimum fallit si privilegium exemptionis sit speciale etiam ratione delicti commissi, contractus ini, aut rei sitae extra locum exemptum, sicuti est exemptio Regularium, quia tunc ubilibet

bet exemptus delinquat, contrahat, aut res sita sit, eorum diocesano conveniri non potest, ut latissime dicam in quaest. seq.

10 QUARTO, Postra Constitutione Innocentii IV. in Concilio Lugdunensi edita, quae incipit Volentes, atque à Tridentino Concilio innovata in cap. 14. l. 7.

An Regulares ratione delicti commissi, seu contractus initi, aut rei existentis extra locum exemptum subiciantur Ordinarij jurisdictioni, & an ligentur excommunicatione Episcopi edicto proposita.

11 Exemptio haec à nonnullis Episcopis fuit aliquando Regularibus controversa, ut nuper cõtingit in Regno Poloniae, & erroris causam præbuit, quod aut privilegia exemptionis fuerint Regularibus concessa ante Constitutionem Innocentii IV. de quo in c. 1. de privil. l. 6. aut postea ante privilegia restricta fuerint per eandem Constitutionem, ut non habeant locum in tribus casibus ibi exceptis, id est cum exempti delinquant, seu contrahunt, aut res litigiosa consistit in loco non exempto; quod procedit quantumcumque exemptiones sint amplæ, & generales, ut innunt verba illa textus, quantumcumque gaudeant libertate, & observat ibi Gemin. in §. fin. prope fin. & eod. l. 2. col. 1. vers. Contrarium.

12 Si vero privilegia concessa fuerint post eandem Constitutionem, cum illa edita fuerit in generali Concilio Lugdunensi, non valent privilegia exemptionum, nisi in eis generali Concilio fuerit specialiter, & expressè derogatum, cap. Ex parte, de Capell. Monach. cap. Bamte, de etas. & qualis. Archid. in cap. 1. in ver. Nofatur, quem ibi sequuntur Io. Andr. Gemin. & alii communiter, de Const. lib. 6. Oldrad. conf. 326. Quod arti. ult. & conf. 328. Ad idem, in princ. Felin. in cap. Nonnulli, nu. 2. de rescript. Covarr. lib. 2. variat. resolut. cap. 16. n. 16. vers. Sed & ex his distinctionibus.

Præterea etiam privilegia essent valida, eo quod in eis fuisset expressè derogatum Constitutioni Concilii Innocentii IV. (quæ tamen derogatio in multis privilegiis non habetur) nihilominus postea sublati fuissent tam per Conciliū Tridentinum, quod in c. 16. l. 7. in causis exemptorum præcipit servari prædictam Constitutionem Innocentii IV. quam per motum proprium tui IV incipien in Principio Apostolorum, editum 13. Kalend. Martii 1565, in quo amplissime derogatur privilegijs, exemptionibus, & indultis omnibus in favorem quorumcumque Ordinum etiam Mendicantium, locorum, ac personarum Regularium in his, quæ decretis Tridentini Concilii adversantur. Post Concilium verò jam privilegia huiusmodi, eorumque confirmationes non consequerentur concedi, nisi cum clausula, dummodo Concilii Tridentini decretis non sint contraria. Atque ita exemptiones quantumvis generales, & quantumcumque fuerint concessæ non videntur Regularibus suffragari, nisi cum delinquant, seu contrahunt, aut res, de qua contra ipsos agitur, sita est in loco exempto.

13 Sed his non obstantibus dicendum est nec Decretalem Innocentii IV. nec Tridentini Concilii decretum ad regularium exemptionem pertinere. Quod ut evidentijs appareat, observandum est exemptorum olim duas species extitisse. Quædam enim indefinitè, seu etiam generaliter erant

exempti, puta quia in privilegio Papa, qui solus dat exemptiones, dicebat, tales eximimus à jurisdictione, & potestate, seu etiam omnimoda potestate Ordinarij, & quoad hanc speciem exemptionis res erat admodum controversa, an includeret casus delicti commissi, seu contractus initi, aut rei existentis extra locum exemptum. Exempti enim contendeant suum privilegium tamquam generale, indefinitum, & absque restrictione, aut distinctione, generaliter esse intelligendū, cap. Si Romanorum, 19. dist. cap. Visitandæ, de consecr. dist. 4. cap. Dilectissimis, 12. qu. 1. & cap. Quoniam, in fin. ubi glof. in ver. Generali, de coniug. leprosa, ita ut haberet locum ubicumque committeretur delictum, cap. Frater noster, 16. q. 6. & cap. Sicut nobis, de supplen. neglig. Prælat. & ubicumque iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, ad exemplum Proconsulis majoris, qui indistinctè non intronitit se de causis fiscalibus, l. Nec quicquam, §. 1. de off. Proconsul.

15 Et contra verò Episcopi opponebant, imo ex causa privilegium esse restringendum, ut non haberet locum ratione delicti extra locum exemptum, cap. Postulasti, & cap. fin. de for. compe. nam ratione delicti perditur privilegium, cap. Privilegium, 11. q. 3. cum reatus omnem honorem excludat, l. 1. c. Pbi sem. vel Claus. Et quia in provincia quis deliquerit illic iuri subiaceat, omni privilegio cessante, Authen. Quia in provinci. c. ubi de crimin. agi oportet. Nec enim pretextu privilegij flagitiorum crescit auctoritas, l. 2. c. de privil. scholar. lib. 22. Item opponebat Episcopi, quod privilegium non haberet locum ratione contractus celebrati similiter in loco non exempto, cap. Romana, §. Contrahentes, & §. seq. de for. compe. Ab. 8. Item nec ratione rei litigiosa talis non exempta, cap. Cum & plantare, supra eod. prout hæc notantur hic in glof. in verb. Privilegij beneficijs, & in cap. Placuit, §. q. 3.

16 Ad hanc verò controversiã dirimendam emanavit d. cap. Volentes, de privil. lib. 6. quo declaratum fuit, exemptionem utcumque generalem in tribus casibus prædictis nõ suffragari, ut expressè ibi notant Archid. Io. Monach. & Io. Andr. in princ. & Anchar. hic n. 8. Quidam verò exempti erant non simpliciter, & indefinitè, seu generaliter, sed cõspecifica expressione delicti commissi, seu contractus initi, aut rei litigiosa existentis etiam in loco non exempto. Et quoad hanc secundam exemptionum speciem, Decretalis Innocentii IV. nihil novi itavit, quia edita fuit solum ad declarationem controversiæ, quæ prius erat super interpretatione exemptionis primæ speciei indefinitæ, seu generalis, ut patet ex illis verbis, declaratione irrefragabili distinximus, qui indicant Pontificem non velle novum jus inducere, sed tantum quod prius latebat manifestare: hæc enim est natura declarationis, ut est casus in l. Heredes palam, §. Quod vero, & §. Si notam, ubi id notant Bart. Paul. de Cast. & DD. ff. de testam. Ancharan. conf. 65. n. 3. Fulgof. conf. 147. in fin. vers. Ad secundum, Bellam de off. 756. col. 2. vers. Ideo talis dicitur propria declaratio: at circa exemptos huius secundæ speciei nulla liberat controversia: non enim de his dubitari poterat quin esset exempti ratione delicti contractus, ac rei, quia hi tres casus erant nominatim expressi in eorū privilegio, cuius tenor cum esset clarus, omninõ erat obser-

vandus,

vandus; cap. Cum & plantare, & cap. Porro, supra eod. & inf. cap. Petisti, cura concord. Ubi enim verba sunt clara, non est interpretandi locus, l. Ille, aut ille, §. Cum in verbis, ff. de legat. 3. l. Conzimus, §. 1. de verb. obligat. glof. in cap. Cum dilectus, in ver. A suspensis, de consuetud. Seraph. de off. 762. num. 1. Ergo d. cap. Volentes: hanc speciem exemptionis non comprehendit. Lex enim, seu Constitutio declarans non egreditur terminos privilegij declarati, Bart. in l. Nihil, ff. de coniug. cum emancip. liber. Alioquin si sustulisset exemptiones etiam in tribus casibus prædictis, utique non declarasset privilegia exemptionum, sed illa potius abrogasset, aut reitinxisset, ac novum jus induxisset. Hoc autem repugnat Constitutioni juris veteris declaratoriæ, ut in terminis d. cap. Volentes, tradit ibi Philipp. Prob. in addit. ad Ioan. Monach. & ante eum Gemin. d. conf. 72. col. 1. vers. Contrarium.

17 Et confirmatur, quia Innocentius IV. initio illius Decretalis protestatur se velle ut libertas, quã nonnullis Apostolica Sedes privilegio exemptionis indultit, sic integra observetur, ut & illam alii non infringant, & ipsi ejus limites non excedat, quibus verbis, unde mens Pontificis, & causa finalis elicitor, satis constat tantum abesse, ut voluerit Apostolica privilegia infringere, ut potius expressè declaraverit se intendere, ut illa omnino salva, atque illibata permanerent, ponderando illud verbum, integram, quod excludit non modo privilegij abrogationem, sed etiam quantumcumque restrictionem, l. Signando, C. de bon. vac. lib. 10. Bald. conf. 88. ex infelicitate, n. 1. lib. 1. Alioquin si d. cap. Volentes, daret formam etiam privilegijs, sub hac secunda specie Pontifex non servaret promissa, quia expressè privilegia eis imminueret, seu desertaret, ut dicitur in c. Dilecti, supra eodem, auferendo ab iisdem privilegijs casus delicti commissi, contractus initi, ac rei sitæ extra loca exempta expressè in litteris comprehensos, quod in specie perpendit Gemin. conf. 72. vers. in servit secundæ conclusio.

18 Ex his autem resultat propositæ dubitationis solutio; quia Regulares sunt exempti secundæ speciei; & sic non comprehensum in prædicta Decretali, Volentes, de privil. lib. 6. Sedes enim Apostolica quorumcumque Ordinum Religiosos totaliter exempti ab Ordinarij jurisdictione etiam ratione delicti commissi, contractus initi, ac rei existentis extra locum exemptum. Et ex Ordinibus Mendicantium fratres Prædicatores Ordinis S. Dominici habent super hoc amplissimum privilegium à Sixto IV. ut in Constitutione, Mare Magnum appellata, quæ incipit, Regimini Vniuersalis Ecclesiæ, edita anno 1474. cuius hæc sunt verba: (Et ne pretextu Constitutionis Innocentii Papæ IV. Prædecessoris nostri, quæ incipit, Volentes; locorum Diocesani, & alii Ordinarij, aut alii quicumque; in personas, & loca fratrum prædictorum sibi jurisdictionem, & superioritatem vendicare præsumant, districtius inhiabemus, ne quicumque absque dicitæ Sedis specialis cõmissione, & auctoritate in personas, domos, & loca dicti Ordinis fratrum Prædicatorum, ut potè profusus exempta, & aliam præminentiam, superioritatem, & jurisdictionem quomodolibet exercere præsumat; etiam ratione contractus, vel delicti, seu rei, de qua ageretur, ubicumque; iniatur contractus, com-

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

mitatur delictum, & res ipsa consistat. Ut in Bullar. tom. 1. pag. 340. Idem privilegium exemptionis cum supra scripta clausula de verbo ad verbum habent fratres Minores Ordinis S. Francisci ab eodem Sixto IV. qui antea fuerat eisdem Ordinis Generalis Minister, ut in Constitutione similiter Mare Magnum nuncupata, quæ incipit, Regimini, edita eodem anno 1474. prid. Kalend. Septemb. in Bullar. tom. 1. pag. 337. Et eandem clausulam habent in eorū Mari Magno fratres Eremitæ Ordinis S. Augustini, cujus fit mentio in Constitutione Julii II. Et 6. ad bene merendum, 17. Junii 1508. in Bullar. tom. 1. pag. 433. Fratres itidem B. Mariæ de Monte Carmelo habent privilegium cum expressione dictorum trium casuum à Clemente VI. ut in litteris directis ad Priorem Generale, & fratres dicti Ordinis datus Avenioni Pont. anno 6. 14. Kalend. Augusti, incipien. Sacre Ordo vestris, & ab eodem Sixto IV. in Bulla confirmationis privilegiorum eisdem Ordinis data Romæ anno Pontif. 4. quæ incipit, Dum attendit, in quâ ad litteram inserta est antedicta clausula, quæ legitur in litteris Prædicatorum, & Minorum Similiter fratres B. Mariæ Servorum ab Urbano VI. in Bulla edita 7. Idus Aprilis Pontif. anno 2. à Martino V. & ab Innocentio XIII. in eorum Mari Magno confirmata eximuntur à quantumcumque Ordinarij jurisdictione, ita ut iidem Ordinarii nõ possint in ipsos ratione cuiuslibet delicti, seu contractus, aut rei, ubicumque committat delictum, iniatur contractus, aut res ipsa consistat, potestatem, aut dominium, aut jurisdictionem aliquam quomodolibet exercere. Et cum eadem clausula exempti sunt à Sixto IV. fratres Minimi S. Francisci de Paula, ut in Bulla Sedes Apostolica 6. Kal. Junii 1474. in Bullar. tom. 1. pag. 335. Et eodem modo Clerici Regulares Congregationis de Somascha eximuntur à Gregor. XIII. in Constit. edita 3. Id. Martii Pontif. anno 13. & confirmata cum infertione à Sixto V. in litteris, incipien. Equam, Kal. Maii 1587. in Bullar. tom. 2. pag. 459. Ex Ordinibus verò non Mendicantium Monachi Cassinenses simile hæc privilegium exemptionis cum eadem expressione trium casuum delicti, contractus, ac rei ab Eugenio IV. in Constitutione, quæ incipit, Etsi qualibet, edita Bononiæ pridie Kalend. Julii 1436. Pont. anno 6. Carthusiani à Bonifacio IX. ut in Constit. quæ incipit, Sacrosanctas, 17. Kalend. Aprilis, Pontif. anno 2. in Bullar. tom. 1. pag. 232. Olivetani amplissimum habent exemptionis indultum cum prædicta casuum expressione à Jul. II. quæ incipit, Etsi ad Vniuersos, Frid. non. Junii 1507. in Bullar. tom. 1. pag. 421. Et indultum omnino simile habent Camaldulenses à Leone X. in Constitutione incip. Etsi à summo, edita 4. nonas Iulii 1513. in Bullar. tom. 1. pag. 460. Item Canonici Regulares Lateranenses à Sixto IV. in Constitutione, Dum ad Vniuersos, 10. Kal. Septembris 1476. in Bullar. tom. 1. pag. 344. Milites S. Joannis Hierosolymitani ex Bulla Pii IV. Circumspecta. Pridie nonas Septembris 1560. in Bullar. pag. 9. tom. 2.

20 Et dubium quidem esse potest, quoad Monachos Cistercienses; quia quamvis post d. cap. Volentes Innocentius IV. illius Author eisdem Monachis concesserit, ut idem cap. Volentes, nil præjudicaret eorum exemptioni; de qua in cap. Com Ordinem, de rescript. & ibi per DD. & per Abb.

E 2

con-

confl. 56. Videtur primò, ad hunc lib. 1. Tamen per hoc non censetur eis cõcessisse exemptionem in tribus casibus exceptis. Ratio est, quia textus d. c. Volentes declarat quid includant verba privilegiorum, concedentia plenam exemptionem, & diffinit, ut quantumcumque sit plena exemptio: non tamen includat prædictos tres casus. Et cum eorum privilegia antiqua nõ includerent hos tres casus, dum Innocentius dixit per suam Constitutionem nullum præjudicium illatum fuisse illorũ exemptioni bene dixit, quia illa privilegia hoc casus non includebant. Ergo Decretal. Volentes, non derogat illis, quia declarans nõ facit quid novũ.

22 Nec obstat verbum, concedimus; per quod Innocentius videtur eis aliquod novum concessisse; Quia quando conceditur illud idem, quod erat concessum à jure communi, nõ intelligitur novũ concedi, cap. Esti Christus, & ibi glos. fin. de iur. reit. glos. in cap. 1. de re script. Ita in hoc speciali casu Cisterciensium dicitur ad litteram Gemin in d. cap. Volentes, §. fin. prope fin. vers. Vids prædicti dubitari, ubi refert se ita consuluisse, & consilio suo subscripsisse quasi omnes Doctores Bononienses. Et habetur ejus consilium in ordine, n. 72.

23 Eadem subest difficultas quoad privilegium Religiosorum Societatis Jesu, quia est Paulus III. Ipsa Societas, & universi illius Socios. & personas illorumq; bona quæcũq; ab omni superioritate, jurisdictione, correctione quorumcumque Ordinariorũ exempti, & liberaverit, ac sub sua, ac Sedis Apostolicæ protectione suscepit, ut in Constitutione incipiens. Licet debetum, edita 15. Kalen. Novemb. 1544. in Bullar. fol. 887. 10. 1. Atque ita eorum exemptio videatur plena: tamẽ non includit tres casus delicti commissi, contractus celebrati, ac rei existentis extra locum exemptum, ut ex prædictis patet; cùm præsertim ipsi non habeant concessionem sicuti habent Cistercienses, quod cap. Volentes nullum præjudicium generaverit eorum exemptioni: nisi dixerimus eis suffragari Conservatoriam, quam cum clausula amplissimis impetrarunt à Pio V. 8. Kalend. Junii Pontificatus. anno 3. ut in litteris expeditis in forma, Rationi congruas, à Gregor. XIII. in Constitutione. Equum reputantes: itidem 8. Kalend. Junii 1572. in Bullar. pag. 361. tom. 2. Et quavis hujusmodi litteræ conservatorie redactæ fuerint ad formam Constitutionis Gregorii XV. de Conservatoribus, & Sacra Congregatio Concilii, in quâ dicta Constitutio fuit compilata, idcirco in clausulis derogatoriis apposuerit illa verba, Societas, & cuiusvis alterius Instituti, ut includeret in specie Religionem Societatis Jesu propter privilegium, quod habet ex Bulla Gregor. XIV. Ecclesia Catholica, 4. Kalend. Julii 1591. in Bullar. pag. 696. tom. 2. ut in generalibus privilegiorum derogationibus non comprehenderat, sicuti etiam habent Cistercienses, Templarii, & Hospitalarii, ut in d. cap. Cum Ordinem, & ibi glos. 2. de re script. Nihilominus salva manent in his, quæ antedictæ Constitutioni de Conservatoribus non adveniantur.

24 Verumtamen quicquid sit de privilegio in specie, Religiosi tam Ordinis Cisterciensis & Societatis Jesu, quàm ceteri Ordines Regulares Mendicantium & non Mendicantium amplissimas habent privilegiorum communicationes. Neque verò exemptio ab Ordinariorum jurisdictione

in tribus casibus exceptis reputari debet difficultatis concessionis, cùm eam passim Sedes Apostolica Regularibus concessit consueverit, ut patet ex dictis à num. 2. Ac proinde non est locus doctrinæ Antonii de Butrio in cons. 15. quàm sapiens S. Congregat. & Rota secuta est, quod ea, quæ summus Pontifex verisimiliter non esset concessurus, non veniant in privilegiorum communicatione quantumcumque ampla, & generali.

Sola Congregatio Fratrum B. Joannis Dei à primæva erectione subiecta fuit jurisdictioni, & correctioni Ordinariorum loci, ut in Constitutione Pii V. Licet ex debito Kal. Januar. 1572. in Bullar. pag. 355. tom. 2. Cumque postea eadem Congregatio in Italia diversa indulta à Sede Apostolica obtinisset, & in specie ab Ordinaris locorũ exempta esset, ejusq; Confratres possessionem emittente, & ad sacros Ordines promovendi possent: Clemens VIII. accepto quod propterea idem fratres à suo primævo illicito paulatim recedebant, & opus Hospitalitatis intermitteretur, prædicta omnia moderatus est, eoque iterum suppositi Ordinariorum jurisdictioni, ac superioritati, ut ex litteris in forma Brevis 13. Februarii 1592. Et quavis postea nonnulla ex indultis hujusmodi idem Clemens ipsi Congregationi restituerit; adjectum tamen clausulam, circa exemptionem à jurisdictione Ordinariorum, ut in Constitutione Romani, Nonis Septembris 1596. in Bullar. pag. 59. tom. 30.

Rursus est Congregationem hanc primò in Hispania, ac deinde in Italia Paulus V. in Religionem exeret sub Regula S. Augustini, ut in primis litteris sub die 7. Julii 1611. & in secundis 13. Februarii 1617. nihilominus & ipse voluit eã jurisdictioni, & correctioni Ordinariorum perpetuò subesse, ejusque Confratres teneri singulis annis reddere rationem administrationis hospitalium Ordinario loci ad præscriptum Concilii Tridentini. Clausula enim, quæ immediate subsequitur in secundis litteris; videlicet; Salva tamen auctoritate, & jurisdictione Prælati, & fratris majoris, ne Pontifex sibi contradicat, referri non potest nisi ad ea, quæ regularem disciplinam concernunt. In his enim etiam de jure communi Regulares sub sunt Superioribus sui Ordinis, nec corrigi possunt ab Episcopo, nisi eorũ Prælati negligentibus, cap. Quanto, & ibi Abb. de off. Ordin. cap. Relatum, de Cler. vel Monach. glos. 1. in cap. Illud autem, 20. quasi. 1. de communi. Navarr. cons. 9. Concilium, num. 4. de privilegiis. Nec videtur eidem Congregationi suffragari communicatio privilegiorum aliorum Ordinum Mendicantium, & in specie Clericorum Ministrantium infirmis, quam nuper obtinuerunt à S. D. N. Urbano VIII. per litteras in forma Brevis sub die 1. Julii 1624. Siquidem continet clausulam, dummodo sacris Canonibus, & Tridentini Concilii decretis non adveniantur.

25 Privilegium verò exemptionis adveniatur dictæ Decretali, Ex parte, de Regul. atque aliis iuribus infra citandis num. 23. inepta est enim interpretatio quorundam ex recentioribus Theologis, qui asserunt verba illa, sacris Canonibus, in communicationibus, & confirmationibus privilegiorum inferi solita, esse intelligenda de sacris Canonibus Concilii Tridentini, non autem de insertis in corpore juris. Etenim cùm Canones Concilii non sint nisi diffinitiones fidei; super vacanea esset restrictio illa, dummodo nõ adveniantur sacris

cris Canonibus, quia Contra Canones Conciliaris in spectantibus ad dogmata nec solent, nec possunt concedi indulta, aut dispensationes, glos. fin. Archid. Turretrem. & Præpos. in c. Sicut, 1. §. dist. ut enim ait Zosimus Papa in cap. Contra, 25. q. 1. (Contra Iustitiam Patrum (id est de articulis fidei ut ibi exponit glos.) concedere aliquid, vel mutare nec hujus quidem potest Sedis auctoritas. Quia ut Urbanus inquit in Canone præcedenti ubi aperte Dominus, vel ejus Apostoli, & eos sequentes Sancti Patres sententiales aliquid definiunt, ibi Pontifex usque ad animam, & sanguine confirmare debet. Alioquin non sententiam dare, sed magis errare convinceretur) Hæc ibi, Et propterea Tridentina Synodus in cap. 21. sess. 25. de reform. dum declarat ut in omnibus, & singulis ipsius decretis salva semper auctoritate Sedis Apostolicæ & sic, & esse intelligatur, restringit ad illa, quæ de morum reformatione, atque ecclesiastica disciplina statuta sunt; quia nimirum de his, quæ Patres circa fidei dogmata definiunt, Papa statueret nisi nisi interpretado, seu declarando, cap. Licet ex quadam, de testi. cap. Lector, 34. dist. cap. Placuit, & cap. Substantia, 77. dist. Præpos. in d. cap. Sicut, sub n. 1. vers. Glo. finalis, & ibi etiam Turretrem. n. 2. & seq. & idem Turretrem. in cap. Dominus Sancta, n. 4. §. dist. & docet S. Thom. quodlib. 4. art. 13. Nec dicatur, verba, Sacris Canonibus, referenda esse ad Canones pertinentes ad mores, & ecclesiasticam disciplinam: quia sic abundaret verbum illud, decretis, quod similiter referretur nõ potest nisi ad Canones nõ dogmaticos: & tamen in lege nec syllaba debet esse superflua, & sine mysterio aliquid operandi, glos. in cap. solita, in ver. Tamquam, & ibi Holt n. 6. de maior. & obed. Nec propterea sequitur ut communicatio privilegiorum sit inanis; quia operabitur effectum suum in his, quæ non sunt contra, sed præter, aut secundum juris communis dispositionem; nam ut, inquit Bald. in cap. Cum dilectum, n. 2. de consuet. (Oicitur privilegium quicquid Papa facit etiam ad confirmationem juris communis: quoddam igitur est privilegium juri communi contrarium, quoddam juri communi consonans) Hæc Bald. & est communis opinio Canonistarum, qui ex eo textu in illis verbis, tam de iure, quam ex privilegio, colligunt jus commune, & privilegium posse simul concurrere circa idem, ut ibi per Holt. n. 1. in ver. Privilegio Jo. Andr. n. 5. & reliquos omnes.

Novissimè tamen & fratres prædicti dicuntur obtinuisse responsum, ut puto subreptitiè à S. Congregatione Regularium sub die 1. Octobr. 1637. quod declaratum fuit eos habèdes esse pro veris Religiosis; proindeque locorum Ordinariorum volentes procedere contra aliquid illorum intra clausula degentem, & extra ea item notoriè delinquentem, ut populo scandalo sit, teneri observare formam Constitutionis Clementis VIII. hac de re editæ 7. Kal. Martii 1695. Hæc autem declaratio supponit exemptionem in aliis casibus ab Ordinaris locorum, ut patebit infra n. 23.

Sed & Congregatio B. Mariæ de Coloretto Ordinis S. Augustini quamvis superioribus annis ex Sententia S. Congregationis Regularium iustis de causis à Sanctissimo D. N. subiecta fuerit jurisdictioni Ordinariorum; nuper tamen à Sanctitate sua fuit iterũ supposita jurisdictioni, ac superioribus

27 ritati Prioris generalis ejusdem Ordinis. Non me later clausulam derogatoriam ad prædictam Congregationem Innocentii IV. in eod. cap. Volentes, de privilegiis, in 6. quam nonnulli Religiosi in suis privilegiis inferenda curarunt, ut legitur in specie in privilegio Carmelitarum Clementis VI. de quo supra sub num. 19. præbuisset occasionem dubitandi DD. qui propterea hanc materiam videntur involvere: nam si privilegia exemptionum secunde speciei non sunt sublata per d. c. Volentes, quid opus fuit illius dispositioni specialiter derogare? Sed tamen cum abundans cautela non noceat, & impetrata ad augmentum, ac favorem exemptionum, non debeant illarum diminutionem operari, & in odium retorqueri super dicta clausula per ignorantiam apposita, non potest fieri efficax fundamentum.

28 Ad privilegium verò, quod Sixtus IV. concessit Fratribus B. Mariæ de Monte Carmelo in Constitutione, Cum attentata, de qua supra sub eodem n. 9. per quam indulgetur eidem ut occasione dicti cap. Volentes, nullum eorum exemptioni præjudicium generetur, respondeatur ex Gemin. eodem modo quo responsum est supra num. 21. ad simile indultum Ordinis Cisterciensium, videlicet verbum illud, indulgentis, cum concedat illud idem, quod reperitur à jure concessum, novum jus non conferre, sed idem importare ac si Pontifex dixisset, indultum esse ostendimus, ut dicitur glos. fin. in dicto cap. Esti Christus, de iur. reit. unde hoc potius appellari potest indultum declaratorium, quàm nova concessio.

29 Quamobrem cum Ordines universitatis Mendicantium, quàm non Mendicantium sint specialiter privilegiati etiam ratione delicti perpetrati, contractus iniiti, ac rei sitæ in loco non exempto; & sic tamquam exempti secunde speciei non includantur in prædicta Decretali, Volentes, de privilegiis, lib. 6. hinc necessariò sequitur ut ne includantur in decreto Concilii Tridentini cap. 14. sess. 7. quod tantum innovat, ac servari iubet in causis exemptorum prædictam Decretalem: nam innovans non egreditur terminos legis innovatæ, nec jus novum inducit, cap. Cum dilecta, & ibi glos. 1. de confirm. util. vel inutil cap. Ex parte, il terço, & ibi glos. fin. infra eod. cap. 1. in princip. de præben. lib. 6. glos. in cap. Quia diversitatem, in ver. Forma communi, eod. tit.

30 Neque obstant verba posita in fine dicti cap. 14. ibi (Privilegiis, exemptionibus, Conservatorum deputationibus, & eorũ inhibitionibus ad versus præmissa nequaquam valueris). Siquidem hæc verba referuntur ad casus ibi proximè prænarratos, nec tollunt privilegia, sed solum declarant illa nõ prodesset in causis prædictis, scilicet mercetibus, & miserabilium personarum: nam cum in iidem causis Concilium jubeat Ordinariorum procedere contra Regulares exemptos Apostolica auctoritate, frustra Regulares opponerent de privilegiis exemptionis, quia Papæ nunquam aliquid ita extimit, quin possit per se, vel suos Delegatos procedere. Unde dicunt DD. cùm Pontifex constituit aliquem Delegatum contra exemptos, non esse opus ut derogetur privilegio exemptionis, quia sufficit ut de eo non possint contra Delegatum opponere, Abb. in c. 67. v. n. 1. de offi. Ordinar.

32 Corroboratur prædicta efficaciter ex pluribus Tridentini Concilii decretis, ex quibus depræ-

ditur Regulares non posse coram locorum Ordinariis conveniri etiam pro delictis extra locum exemptionis patris. Et primo ad hoc ponderandum est cap. 3. *sess. 6.* ubi Regulares exempti degentes extra claustra, si delinquant, subiiciuntur visitationi, punitioni, & correctioni Ordinarii loci tamquam Sedis Apostolicæ Delegati. Quod decretum dupliciter inducitur ad comprobendam conclusionem superius firmatam. Dum enim primo subiicit Regulares exemptos Ordinario loci tamquam Sedis Apostolicæ Delegato, ostendit illos adhuc remanere exemptos à jurisdictione ordinaria ratione delicti extra claustra; & sic extra locum exemptionis patris; quia auctoritas delegata non violat exemptionem, Abb. in d. c. *Grav.*, m. 8. & s. de *offic. Ordin.*, alioquin si Regulares degentes, ac delinquentes extra claustra non fuissent ante Concilium exempti à jurisdictione ordinaria Episcopi, non fuisset opus ut Concilium tribuisset illi facultatem eos punire delegata auctoritate, quia potuisset illos punire auctoritate sua ordinaria, ut docetur in d. cap. *Volentes*, infra e. d. *lib. 6.* circa c. *in scriptis* enim exemptionibus, & privilegiis Apostolicis, Regulares de jure communi originaliter subsunt Episcoporum jurisdictioni, c. *Quirere*, & cap. *Parvitas*, c. 99. cum concordant de quibus per Oldrad. *cons. 274.* in causa *quæ vertitur*, in *princip. vers.* *Quia si omnia monasteria*, *cap. alleg. 42. n. 3. vers.* *Et tunc locus*, Navar. *cons. 2.* *Angerita*, m. 4. de *rescript.* Seraph. *de h. 1253.* m. 3. DD. in cap. *Cum Episcopus*, de *offic. Ordin.* l. 6. non quidem quoad legem diocesanam, sed quoad legem jurisdictionis, *glos. 2.* in cap. *Ex parte*, de *regul.*

34 Deinde inducitur hoc decretum, quia dicitur ut Clerici tam seculares quam regulares extra claustra degentes, non obstantibus privilegiis, visitari, puniri, & corrigi possint ab Ordinario loci; ex sententia S. Congregationis non habet locum nisi in visitatione; tum, quia hoc important illa verba, *visitare*, &c. tum & multo clarius quia in cap. 4. *sess. 14.* quæ statuta fuerant in d. cap. 3. de Clericis tam secularibus, quam regularibus delinquentibus extra claustra, extenduntur quoad Clericos seculares tantum etiam extra visitationem respectu Episcoporum residentium; quodclare ostendit Concilium in d. cap. 3. non statuisse nisi in actu visitationis; alias enim ineptè extendisset illam dispositionem etiam extra visitationem quoad Clericos seculares tantum: quo stante arguitur sic. Si Concilio Innocentii IV. in d. c. *Volentes* restinxisset exemptionem Regularium ad tres casus ibi exceptos, sequeretur ut Regulares degentes, & delinquentes extra claustra, & sic extra locum exemptionis, sicut conveniri poterat coram Ordinario loci, & puniri pena ordinaria in vim prædictæ Decretalis; ita etiam conveniri, & puniri possent in vim Concilii Tridentini illa innovantis; quia lex innovata in se legi innovati cum omnibus suis qualitatibus, cap. 1. §. *fin. de schismat. lib. 6.* Bartol. & DD. in l. *esse toto*, ff. de *hered. institut.* Aretin. *cons. 36.* Videtur, num. 17. Seraphin. *de h. 616.* m. 2. Sed consequens est falsum, quia ex Concilio in d. c. 3. Regulares extra claustra degentes, & delinquentes puniri non possunt à diocesano penâ ordinaria, sed tantum corrigi in actu visitationis, ut probatum est supra. Ergo & antecedens, Et confirmatur, quia si Constitutio d. cap. *Volentes*, sustulisset exemptionem Regularium delinquentium in loco non exempto, Concilium Tridentinum eandem Constitutionem innovando in cap. 14. *sess. 7.* dupliciter se correxisset Patet, quia quod prius statuerat in c. 3. *sess. 6.* ut Regulares delinquentes extra claustra subessent Episcopo in visitatione tantum, & auctoritate delegata, correxisset in dicto c. 14. *sess. 7.* innovando Constitutionem Innocentii IV. qua exempti in casibus exemptis subiiciuntur jurisdictioni ordinaria etiam extra visitationem; & rursus in c. 4. *sess. 14.* correxisset dispositionem d. c. 14. statuendo ut Clerici seculares tantum, non autem Regulares puniri possint extra visitationem ab Episcopis residentibus. At valde absurdum est, ut in tribus ferè successivis sessionibus Concilium, quod nunquam alibi fecit, bis se correxisset; & consequenter fatendum est S. Synodum dum innovavit d. c. *Volentes*, probè intellexisset Regulares in illius dispositione non fuisse comprehensos.

35 Secundo ad hoc ponderandum est idemmet c. 14. *sess. 7.* ubi Concilium postquam innovavit Constitutionem Innocentii IV. in d. c. *Volentes*, subiungit: Addendo insuper quod in civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum Regulares extra monasterium degentes quomodolibet exempti, etiam certum iudicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant, in aliis vero si ipsum iudicem non habuerint, conveniri, & ad debitum solvendum cogi possint coram locorum Ordinariis tamquam Sedis Apostolicæ delegatis. Quod decretum itidem inducitur sic: Si Regulares fuissent comprehensi in Constitutione d. cap. *Volentes*, ita ut ratione contractus induci ad monasterium indifferenter coram Ordinariis conveniri possent; ineptè Concilium addendo prædictæ Constitutioni statueret, ut degentes extra monasterium in causis superius expressis; & sic pro contractibus initis extra locum exemptionis conveniri possent coram illodem Ordinariis ut delegatis Sedis Apostolicæ; nam si Episcopi ante Concilium potuissent pro contractibus celebratis in loco non exempto in omnibus causis contra Regulares procedere auctoritate sua ordinaria; Concilium statuendo ut id facere possent tantum auctoritate delegata; & in causis quidem mercedum; & miserabilium personarum indistinctè, sed in aliis non nisi in defectum iudicis in partibus; utique nihil addidisset prædictæ Constitutioni, ut declaravit se facere velle per illa verba, *addendo insuper*, sed potius illam restinxisset, ac limitasset; & inducitur in argumentum jurisdictionis ordinariæ operarentur illius diminutionem contra regulam. l. *Legata in utiliter*, ff. de *actionem*, leg. & l. *Quod favore*, c. de *leg.* quod apertissime ostendit exemptionem Regularium ex mente Concilii non fuisse restrictam per d. cap. *Volentes* ad tres casus ibi exceptos.

37 Tertiò ad hoc ponderandum est decretum c. 1. *sess. 14.* ubi dicitur ut litteræ conservatoris nemini suffragentur, quin in causis criminalibus, & mixtis possit coram Episcopo accusari, & conveniri, & contra eum procedi. Deinde præscribitur certa forma in causis civilibus observanda. Tertiò præferuntur privilegia Regularium his verbis (Regularia loca, eorumque persona in præsentis Causæ minime comprehendit, sed exemptis omnino sunt, & esse intelligantur.) Ex quo contextu

textu colligitur apertè Regulares nec ratione delicti in causis criminalibus, nec ratione contractus, aut rei sitæ in causis civilibus posse coram Episcopo accusari, aut conveniri, sed eorum exemptiones salvas permanere. Et propterea alias conquerenti Episcopo Mantuano quod Regulares pro contractibus, vel debitis non fuerint se in prima instantia coram locorum Ordinariis conveniri: S. Congregatio censuit, si hi Regulares extra claustra monasterii degant, servandum esse quod dicitur *sess. 7. cap. 14.* Si intra monasteria maneat conveniendus esse coram Superioribus, vel Conservatoribus eorum, non autem coram Ordinariis, aut alibi. Salva igitur manent Regularium privilegia, quorum præservatio etiam generaliter habetur in cap. 20. *sess. 25. de Regular.* in *fin.* his verbis. (In ceteris omnibus prælatorum Ordinum privilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & jura concernunt, firma sint, & illata.)

40 Quarto, ad idem ponderandum est c. 11. *sess. 24. de res.* ubi agitur de tribus exemptionum speciebus. Prima est Clericorum secularium, qui mediocribus titulis honorariis exemptionis privilegio donantur; & hos Concilium plene subiicit Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato. Secunda species est eorum, qui appellantur Capellani Regii; & quoad hos in effectu distinguitur, ut si delinquant in Capella, sive in loco exempto, sua gaudeant exemptione; ita ut ab Ordinario suspendi, excommunicari, vel interdicti non possint: Si vero extra locum exemptionis, in prædictis casibus subint Episcopo similiter, ut Delegato Sedis Apostolicæ: ita enim distinguitur in cap. *Cum Capella*, cujus dispositionem Concilium servari jubet, de *privil.* *Rota decis. 744.* num. 2. *part. divers.* Tertia species est eorum, qui monasteriis, seu militiis adhiñentur, & intra eorum septa, ac domos resident, subque eorum obedientia vivunt, nec non illorum, qui secundum regulam dictarum militiarum professionem fecerunt; & his generaliter, & indistinctè Concilium præservat exemptionis privilegia, & solum artat milites ad docendum de eorum professione coram Episcopo. Ex qua exemptionum distinctione satis liquet exemptos tertie speciei sui debere sua exemptione etiam ratione delicti extra locum exemptionis commissam si quoad eos Concilium voluisset servari distinctionem inter locum exemptum, & non exemptum, id expressisset, sicut fecit implicitè quoad Capellanos Regios, cap. *Inter corporalia*, de *translat. Episcopi*, cap. *Majores*, de *Baptis. l. unie. §. Sin autem ad divitiis*, c. de *caducis*, c. *ellen.*

42 Quintò, ad idem expendendum est cap. 14. de *regul.* ubi Regulares degentes intra claustra & extra illa delinquentes ita demum puniri possunt ab Episcopo Diocesano, si tria copulative concurrant. Primum ut delictum sit notorium, & cum populi scandalo. Secundum, ut sit patratum extra claustra, & sic in loco non exempto. Tertium, ut Superior Regularis ab Episcopo admonitus intra præfixum tempus delinquentem non puniverit, & de punitione Episcopum certiore non fecerit. Et idem ferè statuitur in Constitut. Clem. VIII. que incipit *Sucepti*, edita 7. Kalen. Martii 1595. in Bullar. *tom. 2. pag. 54.* Ergo apparet evidentè S. Synodum habuisse Regulares pro exemptis etiam ratione delicti commissi in loco non

exempto, cum tribuat novam auctoritatem Episcopis puniendi Regulares delinquentes extra claustra; & sic extra locum exemptionis in hoc speciali casu notoriæ delicti, & negligentia Superioris Regularis. Inclusio enim hujus casus specialis in materia commissionis jurisdictionis omnes alios casus diversos excludit, ut est in c. *Cum in illa*, §. *Cum autem*, de *probac. lib. 6.* & in l. *Cum prior*, ff. de *iudic. tradit. Angel. cons. 375.* *Præterea per tot. Calder. cons. 124.* alias 10. de *iudic.*

44 Sextò, & ultimo omittis aliis, cum superioribus annis Procurator Ordinis Carmelitarum conquisisset in S. Congregatione Concilii quod in Hispaniarum Regnis liquidam Ordinarium locorum contenderent Religiosos intra claustra degentes coram ipsis Ordinariis conveniri debere in causis civilibus cap. *Volentes*, de *privil. lib. 6.* comprehensibilibus propter illius innovationem à Conc. Tridentinam *sess. 7. cap. 14.* eoque in prima instantia coram ipsis Ordinariis conveniri debere ex decreto ejusdem Concilii Tridentini §. *24. cap. 20. de reform.* S. Congregatio censuit Neque Constitutione in generali Concilio Lugdunensi edita, quæ incipit *Volentes*; neque decreto Concilii Tridentini c. 14. *sess. 7.* comprehendi Regulares; ideoque eos juxta eorum privilegia coram suis Superioribus, vel Conservatoribus esse conveniendos. Nec non decretum ejusdem Concilii Tridentini cap. 20. *sess. 24.* ad Regulares non pertinere, nec eorum Conservatorias imminuerè, nec quoad primam illarum instantiam aliquid novi inducere. Et hanc declarationem postea observari mandavit Paulus V. per litteras in forma Brevium cum decreto irritante sub die 24. Augusti 1607. in Bullar. *pag. 223. tom. 2.*

45 Quoad secundam partem quaestionis initio propolite longe minor est difficultas: quia in privilegiis, quorum superius meminimus à n. 18. expressè inhibetur locorum Ordinariis, ne absque speciali commissione Sedis Apostolicæ in personas Regularium aliquam excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententiam specialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare præsumant. Quod quidem privilegium tantum abesse, ut sublatum fuerit per d. c. *Volentes*, ut potius in eo fuerit expressè præservatum in §. *Eos autem*, ut probant verba illa (si dem Ordinarii jurisdictione suam quantum ad illa, (scilicet interdictum, suspensionem, vel excommunicationem) ubicumque illi fuerint penitus exercere non possunt.) Unde ut notant ibi Gemin. & Franc. Si Episcopi contra eos proférant sententias, nullæ erunt ex defectu jurisdictionis, & non ligabunt, quod & Navar. tenet *cons. 2. num. 2. de sentent. excomm.* Quod clarè etiam constat ex tenore eorumdè privilegiorum, ibi. (Decernimus quoque ex nunc quaslibet excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, & quocumque processus, & omnia quæ contra fratres quomodolibet promulgari, seu fieri contigerit, nullius in robore, vel momenti esse, & pro interdictis prioribus haberi debere, etiam eorum exemptione, ut pote notoria non allegata.) Quæ ultima verba fuerunt appellata, quæ alias in sententiis venient exemptionem allegantur, teneret sententia contra eos lata, ut per *glos. fin. Tancred.* & Innocen. in c. *Cum ordinem*, de *rescript.* Secus cum exemptio notoria est, ut l. *ff. de ser. Secundum Innocen. in cap. Ex parte, il primo, n. 3. vers. Exemptio*

pti autem, de ver. signifi. Paul. de Castro conf. 431. Videtur dicendum, num. 2. vers. Interdum nullo modo, lib. 1. Ergo cum hoc privilegium fuerit præservatum in Decretali, Valentes, consequens est, ut fuerit etiam præservatum à Concilio Tridentino eandem Decretalem innovante in cap. 14. sess. 7. quia lex innovans jus commune perinde operatur, ac si jus commune esset in ea insertum, Angel Arretin. conf. 26. Videtur, n. 18.

Et ex his patet etiam responsio ad objecta supra in principio: nam cum exemptio Religiosorum ratione delicti, contractus ac rei litigiosæ non adverteretur generali Concilio Lugdunensi, non fuit opus illi derogare, quia derogatio non fit nisi ad contraria, cap. 1. de Constit. lib. 6. cap. Ex parte, supra, de Capell. Monach. Clem. Dudum, §. Nos etenim, ibi, in quantum sunt præmissis, vel aliter præmissorum contraria, de sepultur. cum multis similibus. Et innovatio Concilii Tridentini non tribuit Ordinariis locorum aliquid novum jus, sed tantum præservavit quod prius habebant in generaliter exemptos, cap. Quia innovat, inquit, nec jus novum conferat, nec etiam tollat vetus, in eo statu esse volumus, in quo tempore impetrata innovacionis digno fueris exiitisse, cap. Ex parte, il primo, eod. tit. ibi, Ita tamen ut per innovacionem ipsius eidem Ecclesiæ non plus juris accretat, quam per privilegia prædecessorum nostrorum obtinuit, cum per hoc non novum ei concedere, sed antiquum jus conservare velimus, gl. 1. & DD in cap. Cum dilecti, de confirm. uti. vel innovat. Et consequenter nec Constitutio Pii IV. in Principia Apostolorum, huic casui applicatur, quia non fuit illi privilegia, & exemptiones Regularium, nisi quatenus contrariantur decretis Concilii Tridentini.

De Privilegiis.

Cap. Cum olim, il secundo.

S V M M A R I V M

- 1 Ecclesia utens duplici privilegio, licet ex uno succumbat, ex alio poterit obvenire.
- 2 Exemptus non tenetur promittere obedientiam Diocesano, non tamen potest sine ipsius licentia in loco non exempto ecclesiam construere.
- 3 Monachus si committatur causa à Sede Apostolica, non expresso nomine monachatus, delegatio tanquam subreptitia non valet, & n. 9.
- 4 Monachus à strepitu casarum remoti esse debent.
- 5 Monachus non potest esse procurator etiam pro utilitate monasterii sine licentia abbatis.
- 6 Papa si ex certa scientia committat causam Monacho, censetur super inhabilitate dispensare.
- 7 Causa à Sede Apostolica quibus sint committenda ex Concilio Lugdunensi.
- 8 Et quid ex Constitutione Bonifacii VIII. & ex Concilio Tridentino, & n. 12.
- 10 Prior Conventuali potest esse Delegatus Apostolicus.
- 11 Monacho ecclesia Cathedrali monachali an causa à Sede Apostolica sint committenda.
- 13 Iudices Synodales an sint deputandi ab Episcopo de consensu Synodi, vel de eius consilio tantum, & n. seqq. usque in finem.

sentu Synodi, vel de eius consilio tantum, & n. seqq. usque in finem.

- 14 Testes Synodales in Synodo ab Episcopo constituti debent.
- 15 A, dictio denotat causam efficientem.
- 16 In dictio, designat intrinsicam in loco, seu in actu.
- 17 Episcopus potest in Synodo Constitutiones sacre de consilio Capituli tantum.

CUM OLIM, il secundo. Ecclesia utens duplici privilegio, licet ex uno succumbat, ex alio poterit obvenire. Exemptus non tenetur promittere obedientiam Diocesano, non tamen potest sine ipsius licentia in loco non exempto ecclesiam construere. Hoc dicit secundum lo. Andr. & omnes.

In textu ibi, Abbas, & F. Monacho Alcobacia, quibus causa prius fuerat delegata. Nota causam posse à Sede Apostolica delegari simpliciter Monacho, ut hic, & in cap. Conquestus, iuncta supra scriptione, supra de foro comper. Sed hoc intelligit verum gloss. hic in verb. Et F. Monacho, dummodo fiat delegatio expresso nomine Monachatus, quo tacite litteræ non valet, quia per subreptionem essent obtentæ. Monachi enim à strepitu casarum remoti esse debent, cap. unie, supr. de Syndic. & alior. nec etiam danda vagandi materia, cap. Quin, & supra de off. Ordin. unde oportet: ut in litteris fiat mentio de monachatu, arg. cap. Cum Ordinem, supra de rescript. & cap. Forreita, de confirmat. uti. vel innovat. Similiter nec procurator esse potest etiam pro utilitate monasterii sine licentia Abbatis, cap. Monachi, & cap. De presentium, 16. q. 1. & cum gloss. concordant Vincent. & Innocent. hic num. 1. dicens: Nota Monacho delegari causam, & hoc verum intelligo si expressè contineatur ibi, Monachus, aliàs præsumo pro veri taciturnitate obtentas, cum non fiteis præstantia materia vagandi, Hostiens. num. 3. Ioan. Andr. num. 16. vers. In gloss. Nota quod, Butr. num. 7. 27. & 48. & reliqui omnes: quando enim Papa committit causam Monacho ex certa scientia, videtur super inhabilitate dispensare, l. Quidam consulebat, ff. de re iudic. Butr. d. num. 27. & 48. Hodie tamen, ut gloss. subdit, non committitur causa à Papa vel ab ejus Legatis nisi personis in dignitate ecclesiastica constitutis, vel Canonicis in Cathedralibus Ecclesiis, vel aliis Collegiis venerabilibus, ut in Decretali Innocentii IV. in Concilio Lugdunensi edita, incipien. Presenti decreto, que habetur inter acta Concilii Lugdunensis in 111. de rescript. c. 2. tom. 3. Concil. part. 2. pag. 723. col. 1. in hæc verba: (Presenti decreto duximus statendum, ne à Sede Apostolica, vel Delegatis ipsius causæ aliquibus committantur, nisi personis, quæ vel dignitate sint perditæ, vel in Ecclesiis Cathedralibus, seu aliis Collegiis honorabilibus constitutæ.) Hæc ibi. Sed hodie servanda est Constitutio Bonifacii VIII. in cap. Statutum, de rescript. lib. 6. qua statutum est, ut nulli nisi dignitate præditis, ut personarum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicis causæ à Sede Apostolica, vel Legatis ejusdem committantur. Quare cum Monachus non habeat qualitates requisitas in dict. cap. Statutum, explorati juris est eum non esse capacem delegationis Apostolicæ; nisi

nisi tamen esset Prior Conventualis, etiam obedientiaris, quia dicitur habere dignitatem, ut Clem. Et si principalis, de rescript. & hic notat Abb. n. 13. & scripsi plenius in cap. Sanè, il secundo, supra de offi. Delegat. vel nisi esset monachus Ecclesiæ Cathedralis monachalis, ut est Siraculana, de qua in cap. Quorundam, 74. dist. Cantuar. Montis regalis, & plures aliæ, quia tunc tamquam qualificatos ad præscriptum d. cap. Statutum, bene potest esse delegatus Sedis Apostolicæ, ut firmat Abbas ubi supra, dicens se ita aliàs consiluisse per dictam Clem. Et si principalis, & per id, quod habetur in cap. Sum nonnulli, & cap. Doctores, q. 1. talis enim censetur Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, ut cap. 1. iuncta gloss. in verb. Ecclesia, 63. dist. licet aliud senerit Archid. in d. cap. Statutum. n. 1. in fin. vers. Sed quid si Ecclesia Cathedralis esset non achali, Prædictæ Decretalis statutum novissimè innovatur à Concilio Tridentino cap. 10. sess. 25. de reform. ubi præmissio exordio, quod ob malitiosam perentium suggestionem, & locorum distantiam personarum notitia haberi non potest, indeque interdum causæ committuntur iudicibus non usquequaque idoneis: statuit Sancta Synodus in singulis Conciliis provincialibus, aut diocesanis aliquot personas designari, quæ qualitates habeat juxta Constitutionem Bonifacii VIII. in d. cap. Statutum, ut præter Ordinarios locorum iis etiam causæ ecclesiasticæ in partibus committantur.

Sed QUÆRITUR, An persona, quibus à Sede Apostolica causæ committendæ sunt in Synodo diocesana deputari ab Episcopo debeant de consensu Synodi, vel de eius consilio tantum.

Videtur prima causæ necessarius consensus, quia Concilium mandat ut designentur in Synodo, & sic hunc actum Synodo tribuit, non autem Episcopo, arg. l. Item eorum, §. Si Decuriones, ff. Quod cuiusque univers. nomin. Præterea Concilium si aliquem ex designatis mori contingat, dat facultatem Episcopo alium substituendi cum Capituli consilio: unde probabile est, ut in Synodo requiratur etiam consensus At in contrarium, id est non requiri consensum, hæc magis videtur urgere: & primo, Concilium ubi voluit, expressit, ut in cap. 18. l. ff. 24. dum jubet examinatores synodales in Synodo ab Episcopo proponi, & ab ea probari: ergo id ipsi fecerit in d. c. 10. sess. 25. si voluisset, c. Ad audientiam, vers. Nam si intelligeremus; & ibi gloss. de decimis, cap. inter corporalia, §. Sed neque ibi. Unde sic circa translationem, de transit. Episc. cop. l. unie. §. Sin autem ad deficientis, Cod. de Caduc. toll. Oldrad. conf. 266. Quod autem, num. 10. Mandol. in regul. 32. de imper. benefic. vac. per obit famil. Cardin. quest. 7. num. 16. Secundo jure Canonum testes synodales in Synodo constitui debent, & tamen id pertinet ad solum Episcopum, ut in cap. Episcopus in Synodo, 35. quest. 6. Unde cessat prima obiectio, quod hic actus à Concilio videatur attribui Synodo, non autem Episcopo: neque enim Concilium statuit ut iudices designentur à Synodo, sed in Synodo, & dictio A. denotat causam efficientem, ut l. Filius à patre, ff. de liber. & posthum. & notat Bald. in l. Ex arrali, num. 1. vers. Et adde quod dictio A. C. de actio. empt. Dictio autem, In, designat interentiam, seu intrinsicam in loco, l. 1. §. in publico flumine, ff. de fluminib. & per illum textum Butr. in l. Gallus, §. ille casus, n. 2.

vers. Secundo casu, ff. de lib. & posthum. Alex. conf. 22. Consideratis verbis, num. 8. lib. 4. seu intrinsicam in actu, l. 1. §. Ex incendio, ff. de incendio, ruin. naufrag. & notat Imol. in Clem. Causam, n. 34. de elect. Tercio episcopus in Synodo constitutiones facere potest de consilio Capituli tantum, ut §. Congregatio decedit, & est communis opinio, ut per Henric. Bottzum, de Synodo, n. 3. n. 137. & 141. ergo multo magis designabit sine consensu iudices, cap. Ex parte, il 20. de decimis. Quarto, Cum Concilium in substitutione iudicis synodalis in locum defuncti requirat consilium Capituli, non est credendum in Synodo voluisse consensum Synodi, quia in dicto casu substitutionis saltem requisivisset consensum Capituli, quod in locum Synodi à Concilio est subrogatum, arg. cap. Ecclesia, il primo ut lit. pend. cum similib. arque ita retorquetur secunda consideratio pro contraria parte superius propolita.

De Privilegiis.

Cap. Cum olim, il primo.

S V M M A R I V M

- 1 Instrumenti perdit tenor probari potest per testes, qui illud perlegerunt, & deponunt quod er ad sine vitio.
- 2 Insuperatus Ducis Traiecti super Prioratu S. Gregorii an probetur iuxta formam Concilii Trid. & n. seqq. usque in fin.
- 3 Insuperatus personarum, in quibus præsumitur usurpatio ultra immemorabilem probari debet per presentationes quinquaginta annorum effectum sortitas.
- 4 Usurpationis præsumptio cadit in Dominum perpetuam iurisdictionem habentibus.
- 5 Testes super immemorabilis quando deponere debeant.
- 6 Presentationes effectum sortita probari debent authenticè scripturis.
- 7 Juramento partis quando sit standum super scripturis deperditis.
- 8 Juramento damnum passis de rebus abstractis, vel absumptis statuer tamen contra eum, qui damnum dedit, non contra tertium.
- 9 Instrumentum fuisse amissum non sufficit probare nisi etiam probetur illius tenor una cum solemnitatibus necessariis.
- 10 Testes deponentes super instrumentis deperditis debent esse periti, ibid.

CUM OLIM il primo. Contenta in instrumento perditio probari possunt per testes, qui illud perlegerunt, si deponunt de tenore, & quod erat sine vitio. Hoc dicit, & non est alibi casus ita clarus, Mar. Soc. Ex hoc infero ad questionem, quæ nuper emerfit in factis, videlicet, Politis testium depositionibus super immemorabili, & instrumentis deperditis, an constet de jure patronatus Ducis Traiecti super Prioratu S. Gregorii ad præscriptum Concilii Trid. cap. 9. sess. 20. Solutio. Non videtur constare sufficienter: nã Tridentinũ Concilium in his personis, in quibus

ius patronatus plerumque ex usurpatione qua-
 situm praesumi solet, ultra probationem temporis
 immemorabilis, requirit etiam multiplicatas praesentationes annorum quinquaginta, quae effectum fortiter fuerint, Familia autem Dominorum Pedemontis, utpote habens perpetuam iurisdictionem talis est, ut in ea sit locus dictae praesumptioni usurpationis iuxta decisionem S. Congregationis. Et hoc casu in primis non videtur probata praesumptio temporis immemorabilis: testes enim super ea examinati non deponunt, se nunquam vidisse, aut audivisse a quopiam, a quo visum, vel auditum fuerit observari cotrarium, id quod necessarium erat ad huiusmodi tempus immemorabile probandum, iuxta gloss. ult. in cap. 1. de praescript. lib. 6. glo. 1. in l. si arbitri, ff. de probat. Oldrad. conf. 172. quia omnes fore obiectus, num. 2. Bald. de praescript. in 2. parte 3. partis principali in 8. quast. n. 24. latissime Gabriel lib. 5. cum conclus. tit. de praescript. concl. 1. num. 24. ubi testatur hanc esse receptam DD. opinionem, quam etiam saepius secuta est Rota, & praesertim in causa Sorana iura patronatus, 20. Aprilis 1602. coram Pamphilio, & apud Seraph. decis. 136. n. 1.

6 Sed quatenus immemorabilis temporis praescriptio plenè probaretur, non tamen diceretur conitari de iure patronatus, cum non probentur scripturae authenticas multiplicatae praesentationes. Quae probatio ultra tempus immemorabile pro forma requiritur: & ideo non adimpletur probando per testes, de quibus Sacrum Concilium non confidit: ut ex mente S. Congregationis decidit Rota in Sabina, benedicti anno 1582. coram Clemente VIII. & in nullius Archiepiscopatus 2. Martii 1588. coram Card. Pamphilio; & alias saepe ut apud Mantica, decis. 89. sub n. 2. vers. Et haec quidem probatio, & Gregorium XV. d. c. 222.

7 Neque obstat, quod in processu probetur depopulatum esse Castrum Pedemontis, & Pratorium, in quo scripturae huiusmodi custodiri solebant, ab Hispanis, cum Castrum Pedemontis depopularetur concrematum fuisse, & ideo standum videatur juramento partis de ipsis scripturis, earumque tenore, Afflic. decis. 12. n. 13. nam omnia nunc disputatione an tenor instrumentorum deperditorum in materia iuris patronatus Potentium probari possit per testes, de quibus Concilium non confidit: respondetur delationem iuramenti non habere locum in hoc casu, in quo Dux Traiecti aut penitus ignorat, aut plenam notitiam per sensum visum non habet instrumentorum, quae in domo combusta asservabantur, ut ex text. in l. Marcel. ff. ver. amor. tradit. Papien. in for. respons. Rei, n. 12. vers. Secundo subiungit, Maran. in pract. ind. in 3. artic. quae in ind. emerg. col. 2. vers. Quinque requiritur, n. 3. Me-Buch. de arbit. ind. lib. 2. centur. 2. cas. 130. n. 5. praesertim cum juramento damnium passum de rebus subtractis, vel absumptis stetur tantum contra eum, qui damnium dedit, non autem contra tertium, qui non intulit violentiam, ad text. in l. si possessione, C. de probat. l. a. in l. si quando, C. vnde ut Plot. in repet. eiusdem legis, n. 38.

9 Accedit etiam, quod non sufficit probare amissionem instrumenti, nisi probetur etiam id, quod in instrumento continebatur, ut hic est casus: & quidem per testes peritos, ut Advocatos, & Procuratores, Bart. in l. sicut, C. de dif. instr. & debent etiam deponere de solemnitatibus necessariis ad

instrumentum, de quibus per Abb. in cap. 1. de ha. instrumentis, ut respondit Alex. conf. 136. vol. 2. cum multis aliis, de quibus per DD. in d. l. sicut Rip. in l. 1. n. 82. & 83. ff. Si certis. per. Dec. in cap. 2. n. 81. de probat. & conf. 82. Afflic. decis. 174. & probatur in textu nostro in fine ibi: Quod sine reprehensione Bullae, chartae, vel litterae apparebat, Qui tenor instrumenti iuris patronatus ex fundatione, vel dotatione nec probatus fuit, nec attulatus.

De Privilegiis.

Cap. Cum Capella.

S V M M A R I V M.

- 1 Exemptio ratione certa rei, vel loci non censetur exemptio, respectu alterius rei, vel loci.
- 2 Privilegium concessum per sonam cum adiectione loci est personale, ad locum tamen determinatum.
- 3 Exemptio Ecclesiae Canonici, vel Clerici Ecclesiae non censetur exemptio.
- 4 Exemptio respectu loci si extra illum delinquit, non gaudet privilegio exemptionis.
- 5 Canonici potest obtineri cum beneficio curato de iure communi, sicut post Concilium Tridentinum.
- 6 Capella Principum, & earum Capellani subsumunt locum Ordinarii, non autem Capellanum Magistri.
- 7 Episcopus fundat intentionem in tota dioecesi, & in qualibet ipsius parte super exercitio ordinaria iurisdictionis.
- 8 Capella: egia visitari possunt ab Episcopo ex decreto Concilii Tridentini, licet habeant ex privilegio, ut sint exempta a visitatione Ordinarii.
- 9 Regia privilegia tolluntur per legem generalem, etiam si de illis non fiat specialis mentio.
- 10 Concilium Tridentinum in cap. 11. sess. 24. vers. Et quoad Capellanos regios, non habet locum nisi extra visitationem.
- 11 Exemptio super certo articulo concessa, ad alium articulum extenditur.
- 12 Exemptio ut suspendi, interdici, vel excommunicari non possit, in hoc casu, in quo Dux Traiecti aut penitus ignorat, aut plenam notitiam per sensum visum non habet instrumentorum, quae in domo combusta asservabantur, ut ex text. in l. Marcel. ff. ver. amor. tradit. Papien. in for. respons. Rei, n. 12. vers. Secundo subiungit, Maran. in pract. ind. in 3. artic. quae in ind. emerg. col. 2. vers. Quinque requiritur, n. 3. Me-Buch. de arbit. ind. lib. 2. centur. 2. cas. 130. n. 5. praesertim cum juramento damnium passum de rebus subtractis, vel absumptis stetur tantum contra eum, qui damnium dedit, non autem contra tertium, qui non intulit violentiam, ad text. in l. si possessione, C. de probat. l. a. in l. si quando, C. vnde ut Plot. in repet. eiusdem legis, n. 38.
- 9 Accedit etiam, quod non sufficit probare amissionem instrumenti, nisi probetur etiam id, quod in instrumento continebatur, ut hic est casus: & quidem per testes peritos, ut Advocatos, & Procuratores, Bart. in l. sicut, C. de dif. instr. & debent etiam deponere de solemnitatibus necessariis ad
- 20 Regulares curam animarum non exercentes, sed aliquod

- aliquod sacramentum administrantes ex Concilio Tridentino non subsunt Episcopo.
- 21 Regulares praedicantes absque licentia, vel benedictione Episcopi, aut Episcopo contradicente in vim Concilii non ab Episcopo, sed a suis Superioribus regularibus sunt puniendi.
- 22 Idem si audent confessiones personarum secularium sine Episcopi examine, & approbatione.
- 23 Iurisdicchio multoties conceditur ad cognoscendum, non autem ad exequendum, vel personaliter distringendum.
- 24 Laicus effectus Clericus, vel Monachus post commissum delictum subest iudici seculari praevenienti quoad bonas, sed non quoad personam.
- 25 Iurisdicchio contentiosa in exemptis non censetur tributa nisi in casibus in iure expressis.
- 26 Regulares administrantes laici Sacramenta extrema unionis, Eucharistiae, vel Matrimonii absque Parochi licentia an sint excommunicati.
- 27 Executio est pars iurisdictionis.
- 28 Regulares audientes confessiones Monialium ipsis subiectarum, aut bona monasteriorum earundem Monialium administrantes non subsunt Episcopi iurisdictioni in vim Concilii Tridentini.
- 29 Exempti delinquentes circa clausuram, vel personas intra septa degentes, vel administrationem Monialium an ab Episcopo puniri valeant.
- 30 Abiatisse electioni an Episcopus interesse possit.

CUM CAPELLA. Ratione unius beneficii dicitur ille subiectus, qui ratione alterius censetur exemptus. Hoc dicit secundum Ioan. Andr. Butr. Card. & alios communiter. Vel aliter, & melius secundum Abbat. exemptus ratione certae rei, vel loci non censetur exemptus respectu alterius rei, vel loci, sunt duae partes. In prima ponitur querela. In secunda provilio ibi, quocirca.

2 Nota primo privilegium concessum personis cum adiectione loci, puta Canonici talis Ecclesiae non esse merè personale, nec merè reale: sed personale ad locum tamen determinatum, & restrictum secundum Anton. de Butr. hic n. 3. & Marian. Socin. n. 2. in quarta notab. Et quidem ex eo, quod sit personale resultat ut exemptus alicuius Ecclesiae Canonici, vel Clerici, ecclesia ipsa non censetur exempta, ut per Innoc. & Host. in princ. Ioan. Andr. n. 1. vers. Per hoc tamen, & Anchar. n. 2. in 2. notab. & eisdem expositum in c. Per exemptionem, §. Verum, infra eod. lib. 6. Et ex eo quod sit determinatum ad certum locum resultat, ut si exemptus extra illum locum delinquat, privilegium exemptionis ei non suffragetur, ut hic patet, & notat Butr. & Abb. uterque n. 2. in 1. notab.

3 Secundo nota de iure communi posse quem habere Canoniam cum beneficio curato: quod tamen intellige, ut notatur in cap. De multa in fine, de praeb. in cap. Gratia, de re script. in 6. & in c. 1. de constit. eodem lib. secundum Ioan. Andr. hic n. 2. Cardin. in princ. vers. Nota quem posse tenere beneficium curatum cum Canoniam, Anchar. num. 3. in 3. notab. & Abb. num. 4. in ult. notab. quod tamen non probat haec littera, quia factum narrat secundum Io. Andr. in 2. vel ibi Canonici habebant Parochiales ex dispensatione prout hunc textum intelligit Host. in cap. Extrapanda, n. 15. vers. Quarto ratione dispensationis: supra de praeb. Sed quidquid sit de iure communi, hodie ex Concilio Triden-

tino Canoniceus est incompatibilis cum beneficio curato, cum utrumque personale residentiam requirat, ut in cap. 4. sess. 7. & cap. 17. sess. 24. juncto cap. 12. eiusdem sess.

Tertio nota Capellas Principum, & Capellanos ibi administrantes subesse locorum Ordinariis, non autem magistris Capellanum: nam & ipsi Principes in spiritualibus subsunt Episcopis diocesanis, ut in cap. Omnes Principes, & cap. solita, de maior. & obed. cap. Duo sunt, 106. distict. ergo multo magis Clerici Capellanum, & ipsa Capella, secundum Ab. hic n. 3. & Marian. Socin. eod. n. in 3. notab. Episcopus enim fundat intentionem super exercitio iurisdictionis ordinariè in tota dioecesi, & in qualibet eius parte, ut in 10. quast. 1. per totam, cap. Omnes basilicae, 16. q. 7. cap. Cum Episcopus, de offic. Ordin. lib. 6. Caputaq. decis. 201. par. 2. Seraphin. decis. 1104. Sed constitutio de privilegio exemptionis servanda erit dispositio huius Decretalis, quam Concilium Tridentinum non sustulit excepta visitatione, quae potius praeservavit in cap. 11. sess. 24. ibi (Et quoad Capellanos regios iuxta Constitutionem Innocentii III. quae incipit, Cum Capella.

Dixi, excepta visitatione, quia d. cap. 11. habet locum extra visitationem tantum: unde capella regie, earumque Capellani quantumcumque gaudeant prerogativa exemptionis, poterunt nihilominus visitari ab Episcopo loci ex decretis cap. 4. sess. 6. & cap. 6. sess. 25. ut Sacra Congregatio alias declaravit: nam cum quidam Sacerdos Regius Capellanus vocatus ad iudicium coram Ordinario loci postulasset se remitti ad Capellanum majorem sub praetextu exemptionis, de qua habetur in Concilio, cap. 11. sess. 24. Sacra Congregatio censuit cap. 6. sess. 25. & cap. 4. sess. 6. comprehendere capellas regias etiam in privilegiis esset dictum, ut non possent visitari ab Ordinario, quia cum d. c. 6. deroget etiam fundationi, & immemorabili, censetur derogare illis privilegiis Non obstat quod privilegia regia non censentur sublata, nisi in specie dicatur: quia fallit in lege generali, quando concilium voluit exprimerè, expressit. Dictum autem cap. 11. non procedere in actu visitationis, & sic intelligendum, quando extra visitationem Ordinarius vult procedere.

11 Quarto nota exemptionem aliquando concedi non generaliter, sed super certo articulo, prout hic erat, quia Canonici capellae Ducis Burgundiae non fuerunt plenè in omnibus exempti a iurisdictione Ordinarii, sed in hoc tantum, ut non possent suspendi, interdici, vel excommunicari.

12 In aliis ergo puniri poterunt, quia exemptio ad alium articulum non extenditur, secundum Innoc. hic n. 1. vers. Item notat unde Abb. Antiq. sic probat casum brevem, videlicet: Secundum privilegii formam tantum quis privilegiatus censetur: ergo privilegii verba sunt diligenter ponderanda, c. Porro, supra eod. propter varias exemptionum formas, de quibus in c. Si Papa, infra eod. lib. 6. & cum sint contra jus commune ad consequentiam non sunt trahenda, sicut nec jus singulare, ut l. Quod verò, ff. de legib. secundum Petr. de Anchar. hic n. 1. & Marian. Socin. n. 2.

13 Quinto nota posse contingere, ut quis certo respectu sit ab Ordinario exemptus, & alia consideratione sit eidem subiectus, & sic una, & eadem res, vel persona diversis respectibus, seu qualitatibus